

enim facultas, & paupertas, sed fraudulenta vel callida conuersatio in rebus pupillaribus suspe-  
ctum tutorem commendat.

### De T ante Y.

Tympanum est instrumentum ad fa-  
ciendum oleum. l. sed addes. §. il-  
lud nobis. ff. loca.

Tympaniū (inqt Neb. in Lexico iti-  
ris) in margaritā gen⁹ ex altera par-  
te sphæricū, ex altera plenū. l. pe-  
diculis. ad fi. de atri. & arg. leg.

Tyro est nouus miles, vt C. de tyro.  
lib. x. j.

Tyrociniū animi. in l. vltim. dcædil.  
edict. Venuleius eleganter pro  
sim plicitate, & rudimentō posuit  
vt ibi attestatur Budeus.

Tyrus est serpēs venenosissimus, de-  
quo fit tyriaca magna,  
Theriacam scribunt alij.

Tyrānica potestas est cūquos dāfauo-  
ris gratia sublimat, quos dā odio  
vel inuidia humiliat, & leuis sus-  
piciois aura cōdēnat, xv. q. viij. c. j.

### De V ante A.

Vacans possessio, require suprà  
possessio.

Vacantia bona dicuntur ea, q̄  
dominium nō habent, vel quæ  
fisco, vel dominio alicuius appli-  
cātur Quod cōtingit multis mo-  
dis, Quādoque si quis int estatis  
decedit, vel qui testari nō potest  
vel faciat propter quod heret su-  
us succedere nō potest, vel etiā  
vbi alias de consuetudine bona  
alicuius dominio applicantur,  
tunc dicuntur vacare bona.

Vacillare quid sit, vide extra de p-  
cur. in nostra. & de cau. pos. cum  
ecclesia & de testi. c. præterea. p  
Inno. & alios.

Vacillare dicitur qui dubitando &  
tremendo loquitur, & qui variè  
loquitur, Cardi. Zabarel. in capit  
præterea circa fin. de test. cog.

Vacuam pecuniam dicit Iuriscons.  
in l. Quintus. deposi. pro. otiosa  
& reposita, & ex quaquis lucrum  
non facit.

Vadimonium accipitur pro ea spō-  
sione quæ datur in causa graui-  
ori, puta criminali, dictū vadimoni-  
um à vadibus, hoc est  
sponsoribus, quos qui dederit in  
iudicio vadere, id est decedere  
potest quocunque libuerit. Au-  
tores sunt Acton & Porphyriō  
in illud Horatij in primo Ser-  
monum Ille datis vadibus qui  
rure extratus in urbem est. Iu-  
uenal. diffe. tt vadimonia prætor  
Et Plinius in proæmionaturalis  
historiæ, Propter quod inquit,  
vadimonium differti possit N.

Vagabundus est qui non habet do-  
micilium, sed hodie hic est, cras  
alibi. l. iiiij. §. prætor. ff. de dam. in  
fec. Sed quasi vagabundus est q̄  
habet domicilium, sed raro mor-  
tatur in eo, & vagatur huc illuc  
Quomodo cōueniantur isti, ha-  
betur incap. fina. de foro compe.  
in glo. j. & ibi nota.

Valesij, apud antiquiores diceban-  
tur qui postea, s. litera (vt in pleris  
que aliis) in r. literā mutata, Va-  
lerij sunt appellati. Fuit autē Val-  
teriorum familia Romæ dicta à  
Valelio viro præclaro, nec min⁹  
locu-

locuplete, in gente Sabina, qui postea Manius Valerios Teretinus cognominatus est à Teren. eto loco quodam Diti patri sacro Romæ in campo Marrio in quo aram illi dicatā ab antiquis pri-  
mus omnium mōstrauit. Quin-  
tilianus libr. primo, Ut Valerij, an-  
quit, & Fusij, in Valerios & Furi-  
os venerunt, ita arbos ætatis  
fuit. Idē quoque Festus Pompe-  
ius scribit in dictione Aurelia fa-  
milia. Pomponius in tit. de ori-  
gine iuris. l. necessarium, auctor  
est, Appium Claudium cæcū fui  
sse auctore, vt in illis nominib.  
litera in r, transiret. Appius, in-  
quit, Claudius inuenit, vt pro Va-  
leris Valerij, & pro Furiis Fusij  
essent. Hinc est libro institutio-  
num titulus de leg. Fusia caninia  
pro eo quod est Furia caninia.

Valetudo, & valetudinarius, & nun-  
quam valitudo & valitudinari-  
us legendum est in libris Digest  
quoniam sic scriptum esse ani-  
maduertit Ludouicus Bonogui-  
nus in Pandectis Florentinis, at-  
quæ apud antiquos hæc nomi-  
na sic proferebatur.

Veletudo dicitur infirmitas in uno  
significato. c. quoniā frequenter. vt  
lit. non cont. per Innocen. & Ho-  
stien. cap. fin. de testi. l. iij. §. si quis  
in iudicio ff. si quis cautio. & l.  
vnica C. qui morb. se excus.

Valetudinarij dicuntur infirmi fte  
qui enter ægrotant, vel qui labo-  
rant per lucida interualla, vt qui  
modo sani sūt, post horā infirmi  
Valetudinarij qui dicuntur, vide Pa-  
norm. in ca. quoniā frequenter.

versic. quartio. vt lite non conte-  
sta.

Vari secundū Bud. in l. j. de ædil. e-  
diſ. sunt qui pedes incuruos &  
in se coactos habent.

Variate dicitur qui primō dicit vnū  
deinde contrariū, nullia assignata  
causa variationis. Contradicere ve-  
rō dicitur, qui simul dicit duoin-  
compatibilia, vt interfuisse con-  
tractui, & se eadem die fuisse a-  
bi in loco incompatibili. Card.  
Zabarel. in capitul. præterea. cir-  
ca finem. de testi.

Varicosus dicitur curuus, à varice  
neruo contracto, quia neruus int  
seneatute reddit hominem vari-  
colura & curuū, vel est qui mo-  
do hoc modo illuc vadit vt stul-  
lus. l. varicosus. ff. de ædil. edic.

Melius est interpretari varicosos, p  
iis qui laborant varicibus, quæ  
sunt noxiæ venulæ in cruribus,  
quæ propter atram bilē turges-  
cūt, & ferro adustioneq; curatur.  
Variè aliquando exponitur id est  
variis in locis §. hæc cosiderates  
in auth. vt omnes obe. iudi.

Varus, varicus, & varicosus, quid si  
gnificant, non est in promptu.  
Est autem varus qui habet cru-  
ra obtorta, pedesque introrsus fi-  
gens. quemadmodum ē diuerso  
dicuntur vaciæ qui extorsucri-  
ra habent, idēque Vatinij, & Va-  
ceni, Plinius. Hinc, inquit, co-  
gnomina inuēta, Planci, Parſe,  
Seauti. sicut à crurib. Vacī &, Va-  
ceni, & Vatinij. Horatius primo  
Sermonium, Hūc inq; Varū di-  
stortis crurib. Et Persius per trā-  
lationem, Vel cum fallit pede

regula Varo. Inde varicus, p eo qui ex distortione pedum inaequaliter ambulat. Ouidius in tertio de arte: Ingentes varica fert. que gradus. Vlpianus titulus de ædilitio editio. l. itē Offilius. Varicus, inquit, & Varicus an sanus sit, & opinor sanos esse. Accur- sius nomina esse dicit illorū qui nō possunt rectè pronunciare. Varicosus qui à tumentibus & intortis varicibus dicitur, vitium est longè diuersum. Iuuenalis, Varicosus fiat aruspex. & Petrius, Dixeritis hæc inter varicosos centuriones. Vlpianus in eodē titulo. l. varicosus. Varicosus, inquit, sanus nō est. Neque est qui vt insipiens modò huc, modò illuc vadit, quod Accurcius somniat, sed vt diximus, qui ex nimio labore venas habet crurum intortas & cōglobatas, quas Hipocrates appellat cirsas, Ari- stoteles rixas. Ant. Neb.

Vassallagium secundum Speculatorem in titulo. de feud. idem est quod homagium. Quod enim in Francia dicitur homagium, in Italia dicitur vasallagium. Vasallus est feudatarius, secundū vulgare prouincialium, nobiles feudatarij vasalli dicuntur, plebeius vero homo medius nuncupatur, secundū Spec.

Vasa si cui legata sint, quæ vasa ve- niāt in legatū, diffusè tractatlu- riscōsult⁹ in l. ethi. §; sed si cui, de auro & argento legato: nā vasorum appellatio generalis est, vt ibi dī Vasa irē sūt oēs peccatores, xxxij qu. iiii. Nabuchodonosor, vbi dī

vasis irānūquā Deus redderet interitum, si non spōtanēū inueniretur homo habere peccatum. Vasa. vinaria, regre in ver. Vinaria. Vascularius est q. vasa facit aurea & argétea, Bude⁹ in l. apud Labeonem, de p̄scriptione verborum. Vates modo sacerdotem, modo p̄phetam, modo poetam significat. xxij. disti. clerros.

### De Vante B.

Vbaldini sunt homines certi, & signanter clericī, vel canonici ter- ræ vel ecclesiæ alterius, de quib⁹ in l. j. C. de col. illicit. vbi dī q. collegiū Vbaldinorum nō po- test constituere syndicū.

### De Vante E.

Ve pro & ponitur interdum, vt in l. si fundum sub conditione, §, his verbis. ff. de leg. j.

Ve in compositione significat pri- uationē, vt vecors, & vesanus qui sine corde, aut sine sanitate est. l. malū. ff. de ver. sign.

Vectigal, est tributum quod præstatur de rebus quæ vchuntur, vel omnib. negotiis manū, a ve hēdismercib. dictū. Idē est q. nau lū, vt. ff. de public. & vectig. l. j. §. hic titulus, & secundū Azo. in su- ma. C. codemti. vide suprà.

Vectigales agri appellātur q. ciuita- tū sūt, & mācipib. ita locatur, vt certū vectigal reipub. pendant. Vectitor est portitor qui vehit. Et vectores sūt nō solū qui vehunt sed etiam qui vchuntur in nau, secundum Azo. in sum. C. codēti. & ff. ad. Rhod. de iac.

Vectores possunt dici siue habeat merces, siue non, dum tamen operas suas magistro nauis exhibeat ad nauigandum. Et sunt quinque nomina quae praestant actum & passionem, ut hospes, zelotus, pus, &c. Requiere supra A,  
 Vectura, id est vestigia siue nauium.  
 Vegetari, p recreati. l. j. C. decus. reo.  
 Vehiculum secundum legem xij. tab. est via in octo pedes in porticum, ex transuerso in anfractu. in decimo sexto qd non est necessarium in actu Ius trahendi ligna lapidesue permittitur habenti actum, sed non habentiam nisi specialiter conuenisset de hoc supra, in actus, & infra in ver. via.

Veleriam ponitur pro &, interdum vt in l. s̄. pe. ff. de verbis signis. & l. cum quidā. C. de verbis signis. etiam ponitur alternatiūe, ut in cap. inter ceteras. de referi.

Velum est quadruplex, scilicet, consecrationis, ordinationis, prælationis, & professionis. Professionis suscipitur a virgine vel corrupta cum proficitur de altari vel de manu, in xx. anno ad minus. xx. q. j. ea. j. & ea. cau. ij. puella. consecrationis imponitur in xxv. anno. ut ea. cau. q. l. placuit. & l. xxvij. distin. placevit. Potest autem consecratio virginum fieri in die epiphaniarum, in albis paschalibus, id est tota septimana paschali, in apostolorum natalibus, nisi sint graui languore deterratae emi aliis temporib. possunt in modo et aliis peripuis festivitatibus.

Sed dieb. dominicis, ut in capitulo Venalicij sūt, qui questus causa

primo de tempo. & quad. ord. vi. duas autem nullus pontificū. ve late præsumat, 20. quæst. i. de votis. insincere, sed ipsæmet velū. suscipiant de altari. xxvij. quæst. j. viduas, quæ capitibus suis. impo nant cap. perlatū, de his quæ viderit siue cau. si. Velum autem religionis, vel vestem religiosam de manu presbyteri sumere possunt. xx. quæst. j. viduas. Secus de velo consecrationis quod. solēniter à solo episcopo soli virginis. solennibus diebus imponitur. Tertiū est velum ordinationis olim dabatur diaconissis in 40. anno, 20. q. i. sanctimoniales. 27. q. i. diaconissā. Quartum est velū prælationis quod olim dabantur abbatissis in 40. anno. q. i. iuuenulas.

Venaliciatus, est seruorum māgo. Quintilianus: Adolescentem, inquit, apud venaliciarii repertū. Et iterum: Dedit libertus pecuniam venaliciario. Idem & venalicij dicuntur. Cicero in oratore ad Brutum. Africanos, & Lælos multi venaliciarij mercatoresque superarunt. Caius titulus ad dilitio edicto. li. iustissime. Venaliciarij, inquit, ita ocietatem cocunt, ut quicquid agunt, & c. Vlpiianus quoque, Quia venaliciarij inquit, sciunt decurri ad nautiorum emptionem. Item Africanus de verborum significatio. li. mercis appellatione. Mella mangones non mercatores, sed venaliciarios appellari ait.

N s vena

venalitiarum rerum negotiatio-  
nē exercent, quos vulgo appellamus reuenditores. In iure au-  
tem venaliciarij intelliguntur ferē  
semper mangones, quia venali-  
tia. j. seruos venales expositos, ip-  
si emere præoccupat, vt c hatrius  
vendant. l. mercis. de verb. signi-  
fic. vbi Alciat.

Venalitiae res sunt quæ in vsum in-  
digentiu venales proponuntur.

Venatio quid sit, habes scdm Goff.  
in Su. ti. de cl. vena. Et est triplex  
scilicet oppressiva, arenaria, &  
saltuosa. Oppressiva est hominū  
de qua dicitur. Capit Neinbro-  
th esse robustus venator coram  
Domino, id est extinxitor, & op-  
pressor. Et sic venator est homi-  
num exactor & oppressor, qui a-  
liquem venatu opprimit. Arena-  
ria est quæ sit in arena, vt cùm  
quis locat operas suas ut pugnet  
in arena cū aliqua bestia denta-  
ta, hanc qui exercet peccat gra-  
uiter, nisi exerceat virtū experi-  
darū. vt ff. de post l. j. §. itē sena-  
tus. & iij. q. viij. tria. versic. infam-  
es, circa pr. & de hac loquitur.  
lxxxvj. dist. qui venatorib. cum  
duob. c. seq. Saltuosa est quæ sit  
in sylvis & saltib. ad capiendas  
feras, & hæc est licita, sed illicita  
ex tempore & persona Ex tempo-  
re, vt in quadragesima & labbati-  
nis noctibus. xxxvj. dist. an pu-  
tatis. Ex persona, vt in clericis, in  
quo tamen distinguendum est  
quoniam episcopo semper est illi-  
cita. xxxvij. dist. quorundam. Alijs  
vero clericis licita est causa  
necessitatis, vtilitatis & recreatio-

nis, cū retibus, laqueis & cibis,  
dū sit cum silētio & modestia, nā  
etiā monacho licet texere ligna  
pro piscib. capiēdis, vt de conse-  
dist. v. nunquam. vide Gof. in su-  
de cler. vena.

Vēdere estrē p cerro pretio dare.

Vēditionis veibum, sāpē inueni-  
re est positum pro emptione, si-  
cut & ex cōtrario emptio p vē-  
ditione. l. vetere. de cōtra. emp.  
Imō in lege xij. tab. appellatio-  
ne emptionis & vēditionis con-  
tinebatur omnis alienatio. l. sta-  
tuliberi. de statulibe.

Venditio in assem apud Modest. in  
l. filius. quib. mod. pig. vel hypo-  
solu. accipitur pro insoluitum da-  
tione, cùm quis tanti rem pigno-  
rauerit quanti vendi poterat, &  
ideō eam dat creditori insoluitā  
imaginaria venditione, quæ per  
æs seu assē & librā siebat, autor  
Alciat. in Pater. libro 2. c. xxxij.

Vēditi actio, regre s actio venditi.  
Vendicare est coram iudice dicere  
vel intendere rem esse suam, vel  
allegare, vt quādo q's dicit, hæc  
res est mea, & est idem quod in-  
tentare, scilicet ad hoc solūm in-  
tendere vt res sua declaretur, &  
sibi dominium applicetur.

Veneficus, nō simpliciter est q ve-  
nenū necandi alterius gratia por-  
rigit, sed qui adhibitis incanta-  
tionib. quibusdam vtitur, qui &  
maleficus dicitur. Ouidius sep-  
timo Metamorphos. de Medea.  
Validosq; venefica succos Mer-  
git in ære cano. Lucanus in se-  
primo Pollutas cantu diroque  
venefica succo. Hinc Apud lu-  
riscon-

risconsultos titulus est de sicariis & ve*ta*ficiis. Id ē & venenarius di Verbum secūdo, Si Mars Mercurium de diametro aut de quadrato respexerit, faciet venenarios & malificos. Callistrat titulo depōnis*l.* capitalium Venenatij, inquit, capite puniendi sunt. N.

Venenarij secundū Alc.li. 4. de ver. sig. sunt qui aliquē veneno neci dederūt eiusq; criminis sunt rei. Veneni appellatione cōtinētur quę nō solum nocent, sed etiā medicamenta salubria: & ideo mentio nem faciens veneni, adiicere debet, vtrum bonum sit an malum.

I. qui venenum. de verb. sign.

Venia atatis dicitur beneficiū seu permisso, vt qui minor est habetur pro maiore, & talis indul gētia datur mulieri in 17. anno, viro autem in xx l. omnes. C. de iis qui ve*ta*. impe.

Venisse id est vendi, vt in l. Fulci nius. §. si in idem. ff. qui ex cau. in poss. ea. cum simi. Est enim ver bum neutro passiu*m*, sub voce neutrali significās passionem, vñ de Exulo, &c. Et differt venire à venio, & v*enire* à v*en eo*, vnde.

Si vis v*enire*, debes cras manē v*enire*.

Venire diem debiti, est posse pecuniam petere.

Venisse ad aliquem id solum intel ligitur quo d remanet deductis onerib*l.* venisse de verb. sig.

Venter, require suprā, Mittere in possessionem nomine ventris.

Vegres dicūs spinæ q; vi phēdūt & lacerat carnes & uestes, scđm Io-

Andlin cle. dudum, de sepul.

Verbum, in larga significatione poni tur in iure pro qualibet parte orationis, à verberādo dictū, eo quod aerē verberat, vt dicendo in gl. super ver. institutio, super ver. velociter, & super ver. intrā, &c. Non ergo capitulū hic verbū, sicut in Ioā. c. j. In principio erat verbum, & sicut in Donatō, Ver bū est pars orationis, prout est distincta ab aliis partibus orationis, sed significat dictiōnem cuiuscunq; partis orationis.

Verbis dicitur obligatio contrahi per stipulationem, vt inā. de ver. obl. in princ.

Verbis coniuncti qui dicantur, require suprā in ver. complexus. Verna est seruus ex ancilla in domo natus, inde dicitur vernaculus, & est parvus seruus, diminutiu*m*. ff. de leg. iij. l. seruus. §. fin. C. de rei vend. l. cūm super.

Verò quandoq; stat incep*t*iūd qnō præcedit materia cui iungatur sequens, vt de elec. super eo verbo. Quandoque aduersariūe, de hoc in auth. her. & fal. in prin. collat. j.

Versicolor uestis, inquit Valla nota tam dicitur illa, quæ colorem natuum mutauit, puta in rubrum pallidum, aut nigrum, quam illa quæ varium habet colorem. Gelius libro sexto. Tunica, inquit, longa muliebri indutus, & versicolori pallio. Cicero tertio de ſūnibus: Plumæ, inquit, versicolores columbis. Plinius libro trigesimoquarto, Capita earum mitris versicoloribus operuit. Vt pianus

pianus de legatis iij.l.si cui lana.  
De versicoloribus, inquit, videndum est. Paulus de auro & argento legato.l.pediculis. §. Titia. Vefem, inquit, tamcoloriam, quam  
versicoloriam. Neb.

Vericolores appellat Vlp. in l.si cui i.  
§.j.de leg.iij.lanas quæ natuum  
colorē mutarunt, siue cocco, siue  
purpura, siue quo alio colore in-  
fectæ sint.

Versum in rē alicuius quid dicatur,  
perspicuè appareret ex l.iij. ff. de in-  
rem verso. & ex §. præterea. Inst.  
quod cum eo.

Veruex dicitur ab inuersis testicu-  
lis. est enim mas inter dues , cui  
inuersi seu adēpti sunt testiculi.  
Iuue. Saty. 3. Sutor & elixi verue-  
cis labra comedit. de quo memi-  
nit Vlpianus. in l. j. §. j. ff. de abi-  
ge. licet quidam verbicem legant  
& malè.

Verū usurpari p iusto.no. gl. in §. se-  
mel. Inst. ex qb. caus. man. nō lic.

Vesanus dicitur q sine sanitate est,  
sicut vecors sine corde , vt ff. de  
verb. sign. l. malum.

Vespertilioes appellari in iure Alc.  
ait, qui ne creditorib. satisfaciat,  
latitat, & vespere tantum exeūt,  
vel qui rationes conturbauerūt.

Vespilones, & vespæ , vt inquit Fe-  
stus, dicuntur qui funerādis cor-  
poribus officium gerunt , non à  
minutis illis volueribus, sed quia  
repentino tempore eos efferunt,  
qui funebri pompa propter inopiam  
nequeūt. Suetonius in Domitiano:  
Cadauer, inquit, eius popu-  
lari saudapila per vespilones  
exportatus. Apuleius lib. Florido-

rum quarto, Vespilonum mani-  
bus extortum , velut ab inferis  
postliminio domū retulit. Martialis,  
Chirurgus fuerat, nunc est  
vespilo Diolus. Martianus in ti-  
tulo de solutionib. l. qui decem.  
Num ergo & si vespilonem aut  
aliās turpem dederit homi-  
nē, pro quo mendosè legitur ve-  
spertilionē. Item Vlpianus titulo  
ad Senatusconsultum Trebellia-  
num. l. sed sciendum. Vel nomen  
quidem vespilonis testatoris fer-  
re. Hic Acur. non minus insanit,  
quā in superiori lege fecerat. Nā  
vtrobiq; vespilonem intelligen-  
dum ait esse nomē infamiae, vt si  
cognominaretur carnifex, vt a-  
pud Mart. postquam triste caput  
fastidia vespilonū. Et miseri me-  
ruit tædia carnificis. N.

Vespilo, vt interpretatur Neb. dice-  
tur qui vespertino tēpore effert  
defunctos pauperes sine pompa  
defuncti.

Vestiarium, pro loco vbi reponun-  
tur uestes, vt apud Plinium libro  
decimoquinto. Vestiarū, inquit,  
contra teredines ac noxia ani-  
malia, amurea aspergi. Aliās ve-  
stiarium pro ipsis uestibus, sicut  
ministerium pro ministris, ciba-  
ria pro cibis. Seneca libro de vi-  
te trāq; illitate, Familia vestiarū  
petit vietumque. Scruola ti. de  
annuis legatis. l. annua. Ac per  
hoc, inquit, neque vestiaria, ne-  
que cibaria his debeantur. Iabo-  
lenus titulo, soluto matrimonio. leg. in his. Seruis inquit, v-  
xoris vir numeros in vestiarium  
desderat. Neb.

Vestiarij sunt qui vestium exercent  
negotiationem.

Vestiarum, quod pro vestitu impē  
ditur vel datur.

Vestibulū secundum Az. est locus  
ante ostium vtriusq; domus, vel  
primus aditus seu introitus, vel  
porticus, &c. & rectum erat, quo  
ut vestimento tegitur homo, vel  
dicitur ab aue, id est, salutatione  
quæ fiebat ibidem stantibus.

Vestigatores, venatores, sic dicti à  
vestigiis ferarum sequēdis l. quæ  
situm, de fun. instr.

Vestimentū dicitur omne illud quod  
induimus.

Vestimenta interpolata, dicuntur ve  
teres veste iterum politæ.

Vestis, idem quod vestimentū l. ve  
stis, de auto & arg. leg.

Vestis virgata vel partita, & de cali  
gis schalatis habetur in cle. 2. de  
vita & hon. clericie.

Veterana mancipia sunt quæ an  
no seruerunt l. vlt. de publ.

Veterani, sūt milites emeriti, id est,  
extra militiam propter sua me  
rita positi. C. de vet. in rub. Et in  
legenda sancti Martini, vbi dici  
tur, q̄ Imperator præcepit, quod  
veteranorum filij scientiis mili  
tarib. implicarentur,

Veterator, seruus is dicitur qui diu  
seruauit, & ex vetustate callidus  
est, quemadmodū ē diuerso no  
uitius, qui nouus est in seruitio.  
Festus. Veteratores, inquit, calli  
di dicti à multa rerum gerenda  
rum vetustate. Donatus in illud  
Terentij in Andria. Quidnā hic  
vult veterator sibi Veterator in  
quit, est vetus i astutia. Vlpianus  
suum de ædilitio, edicto. l. præ-

cipiunt. Præcipiunt inquit, ædi  
les, ne veteratot pro nouitio ve  
neat. Aque ibidem, Quia venali  
ciarij sciunt facilè occurri ad no  
uitiorum emptionem, idcirco in  
terpolant veteratores. Nebris.

Veterinarius, est veterinarianum me  
dicus. Est autem Veterina iu  
mentum, vel à vehendo dictum  
vt putauit Cato, referente Festo  
Pompeio, vel vt Opilius, veter  
inam dici voluit, quasi veterinā,  
quod ad ventrem onus relitatū  
gerat: inde veterinariania, medica  
tiua iumentorum ars. Columel  
la libro octauo. Veterinariæ me  
dicinæ prudens esse debet peco  
ris magister. Callistratus titulus  
de iure immunitatis l. quibusdā.  
Accursius. Qui fodiunt, inquit,  
autum & argentū, aut qui faciūt  
vitra, sed hoc diuinare est. N.

Vetus & veteranum quid intelligā  
tur, vide extra, de elec. c. genera  
li. libr. vj. & Albe. super ver. nunc  
videamus. quanto. C. quæ sit lon  
ga consuet.

Veteratores serui, qui diu seruerūt  
& iā in ea cōditione quasi callū  
fecerūt, & ita crebrius sumitur in  
iure nonnunquā tamen & aliter  
acciuntur, vt annotauit docti  
famus Alc. lib. iiiij. de verb. sig.

Vetus ius, require suprà Ius.  
Vetus vinum dicitur quod non es  
nouū, & anni prioris vinū appel  
latione vini veteris continetur. l.  
vetus. de tri. vino & oleo legato.

### De V ante I.

Via est ius eundi, ambulandi, vehen  
di, vehiculum & iumentum ducē  
di, ita ille cui competit ius viæ,  
potest

potest illa facere, & differt ab actu, quia plus continet via quam actus. Nam via, iter & actus in se continet. Item eo contentus est actus ut iumentum agat quis, et si non vehiculum, plus enim vehiculum occupat quam iumentum. In via necessarium est utrumque posse agere. Itē via habet ius trahendi lapides, ligna vel trabes, & ferendie etiam hastam, q̄ non habet actus nisi de hoc specialiter conuenissent, licet à tergo duce vellet, non in collo, quod potius videtur rigorosum quam æquum. Item via latitudo ad vehendum vehiculum si latior vel angustior non designetur per co- trahentes, lex xij. tab. definit. S. octo pedū per rectū vbi via est facta, nō tortuosa, sed in anfractu. xij. pedū, id est vbi reflexa est, q̄ in actu non oportet, vide supra, vehiculam. Viarum autem quædā sunt publicæ quædā privatæ, quædā vicinales, ut eleganter pse- quitur Iuris. in l. iij. ne quid ī loc. pub. & in l. vii. de lo. & itin. pub.

Viam aperire est ad vetorem altitu- dinem latitudinemque restituere.

Viaticum, ci, est pecunia illa quæ in via sumptus alicui datur. Cice- ro de senectu. Quominus via re- stat, eo plus viatici querere. Plinius Cæcilius de Martiale: Pro- sequutus, inquit, erā viatico se- dentem. Inde viaticum. Apuleius libro septimo de asino, Viaticu- lum, inquit, mihi corras. Vlpianus libro quinto, titulo de iedi- ciis l. si longius. Egestate, inquit, Romæ laboraret, viaticulo suo

non recepto, quod ad sumptus pater ei destinauerat. Accursius ignoras quid viaticum sit, quod propter impēias, inquit in Scho- lis datū: quia suprà dixerat, stu- diorum causa.

Viaticū est merces itineris. l. Titio. ff. ad munici. Itē expensæ studio- rū. l. si longius. s. si filius. ff. de iudi. Aliquando sumitut pro corpo- re Christi. c. qđ itē extra, de pœ. & remis. & c. q̄ recedūt. xxv. q. vj.

Viatores, inquit Festus appellabantur qui magistratibus parebant, eo quod plerumque ex agris ho- mines euocabantur à magistratibus, & frequens erat eorum ab agris in urbem via. Plinius libro decimooctavo: Cincinato viator attulit dictatutam. Tales tūc via- tores erāt quibus idipsum nomē inditum est, subinde ex agris se- natum ducesque accersentibus, Vlpianus titulo de rebus eorum qui sub tutela l. magis. Dari, in- quit, viatorē qui ei renuntiet. N. Viatores erant qui magistratib. pre- sto erant. s. tripli. Inst. de actio. & l. magis. s. ne tamen. de reb. cor. qui sub tut.

vi bonorum raptorum, vide supra actio vi bonorum raptorum.

Vicarius seruus dicitur ille, quē Atriensis seruus substituit. Itaque vicari⁹ dicitur serui seruus. Mar- tialis: Esse sat est sernum, iam no- lo vicarius esse. Plautus in asinar. Sticho, inquit, vicario ipsi tuo, cui Leonides Atriensis respōderet, Mihi scio vicarium esse. Vlpianus titulo de legatis tertio. l. ser- uos. vicarios seruoum suorum numero

numero non contineri. Idem in titulo de peculio legato. l. si peculium legetur. Recte igitur atque latinè Pontifices appellant se vicarios, hoc est, seruos serui petri, qui se appellat seruum Iesu Christi in suis canonicis, sed Petrus non vicarius Christi, quia non est seruus serui.

Vicarius secundum Goff. est qui vices alicus gerit sive in officio contentioso, sive in non contentioso, ut C. de officiis eius qui vi. al. gerit, per tot. & de of. vic. per to. & de offi. Arch. c. j. & de offi. archiepi. c. j. i. f. Et sciendū q̄ illi vicarij, de quib. in legib. sub illa ru. oītis tractatur, sūt nō delegati, sed subdelegati vel ordinarij iudices. Nā eligebantur in certū tempus, quod ordinariis erat præfixū: vt ipsi vices ordinariorum præsentū & viuentiū supplerent. Erat alij qui gerebat vices mortuorū & absentium, qui & suffraganei appellabantur, hi omnia poterat agere quæ pertinebāt ad iurisdictionē præter ultimū suppliciū, & mēbri abscissionē, ut C. de of. vica. l. ij. & vicarius ecclesiæ est præsbyter qui vice principalis rectoris deseruit ecclesiam. Et sunt quatuor species vicariorū. Quidam sunt perpetui ad parochiales ecclesias constituti, ut in c. G. perpetuus. de fid. inst. & c. extirpā dñ, de præbē. Quidā non perpetui sed ad aliquos actus consti-  
tuti, ut temporales, de quibus in

in c. peruenit. de appell. Et isti dicuntur mercenarij, vij. q. j. nihil. Quidā sunt speciales, non ad eū

rā, sed ad certum locū articulum vel actū constituti, de quib. c. tua. de offi. vica. Quidā nec perpetui, nec ad curā, nec ad certū actum, sed generaliter dātur ad omnia, ut vicarius in curiis episcoporū, de hoc gl. optima in cle. quæ de ecclesiis. de officiis. & vide in lectura Inn. Item vicarij dicuntur illi qui ut cuiuscunque vicem cōpletant vel gerāt sunt constituti, unde vicarius dicitur quasi vicē gerens.

Vicarius seruus. vide Seruus vicarius.

Vicecomes secundum Spe eo. ti. dicitur ille cui dominus temporalis cōmitit executionē iurisdictionis sive in aliquibus castris, & sic talē vocat vulgariter Lōbardi, & aliqui in patrimonio beati Petri.

Vice dominus secundum Sp. eo. ti. propriè secundū iura est qui præest rebus episcopalib. lxx. distinctione colonus.

Vicini secundū Bar. in l. si tertius. ff. de aqua plu. arcē. dicuntur quo visq; vox hominis exclamatis audi potest. l. j. § eodē autē tecto. ff. ad Sill. Et intelligitur de voce cōi, non nimis gracili, nec nimis tubali, sicut vox tauri. Etiā dū clamas medio modo sit, nec i tecto, nec in apice turtis, nec i cellario. Vicimarij, iqt. (Bud. i. l. vlt. de iu. immu.) i comitatu castrēsi erat ob hostias q̄ in sacrificiis cēdebātur. Victores serui sunt quos qs habet, victus parandi gratia.

Victus nomine intelligitur oē illud qđ necesse ē homini ad viuēdū, bōrum

borum signific. leg. vietus. & le. Vienna, ciuitas est Allobrogum in  
quos.

Videtur, est verbum fictionis, ut ff.  
de vi & vi at. leg. j. §. deiecissem.  
& per Barto. in le. si is qui ff. de  
vſuc. & gl. in verbo habere vi-  
detur. c. non minus. de immu-  
nit. ecclcs.

Videtur interdum est signum veri-  
tatis, nō fictionis. l. seruum filij. l.  
§. si quis rem ff. de legat. j. Et quā  
doque videtur significare sente-  
tiam diffinitiuam: ut c. præterea  
requisiti. de appell. & responde-  
tur. de iure per ipsum, ut c. j. de iu-  
di. lib. vj.

Vidua est nō solum illa, quæ dedit  
esse nupta (ut in c. vidua. xxxiiij.  
distinct.) verum & propriè est il-  
la, quæ nunquam fuit nupta, vel  
quæ non habuit virum. l. malum,  
de verb. signific. Et dicitur vidua,  
quasi viro priuata, vel sine duali-  
tate. Dicitur etiam vidua quæ ma-  
ritum habet inutilem, id est dāna-  
rum ad perpetuos carceres. glo.  
Solennis & singu. in l. si. in verbo  
ofbitates. C. ad l. Fla. de pla. per  
quam no. ibidem Bal. quod princi-  
legia data viduis dantur inutili-  
ter nuptis, quod verbū dicit do.  
Iaso. in l. si is qui pro empte.  
versi. adde Io. de ligna ff. de vſuc.  
& confirmari potest ex tex. in c.  
ij. §. sed neque illud extra de trā-  
ha. episc. vbi pontifex dicit, quod  
secundum communem vſum lo-  
quendi ecclesia dicitur esse vidua  
ta. Ponso quæ haber episcopum  
inutilem. & gl. in c. admonere. in  
j. gl. vbi dicitur. Si re priueris, nec  
nomen habere meritis.

Gallia Natbonensi, cuius memi-  
nit Iuris consultus t. de censibus.  
l. vltim. Nebr.

Villa est locus ruralis, inde in villa  
natus dicitur villanus l. is qui ff.  
de verborum signific. & differt vil-  
la à vico. leg. urbana prædia. ff.  
eod. tit.

Villæ dicuntur edificia rusticæ & villa  
ponitur pro ciuitate, de censi. ve  
nerabili.

Villici dicuntur vel sunt qui ad vil-  
lam mittuntur, vel sunt qui in  
villis morantur. Item villicus est  
gubernator villæ, vel qui præ-  
est toti rei rusticæ, ut inquit  
Paul. in leg. si cum villico. ff. de  
inst. aet.

Vinacium, vel vinacitus propriè aci-  
ni semen est. Acius autem gra-  
natum vire. Cato tamen in libro  
de re rusticæ pro aciniis multo ex-  
haustis vinaeum posuit, dolia, in  
quit, quibus vinacios con-  
dat decem habeat. Vlpianus quo  
que titul. de fur. leg. si quis vxori.  
Vuarum, inquit, & multi &  
vinaciōrum nomine fūti agere  
potest. Nebr.

Vinacia in l. si quis vxori. de fur. pro  
granis vuarum. cūme is ex vīnū  
expressum est.

Vinaria propriè sunt torcularia seu  
dolia, vel certa vasa vini, quæ etiā  
ad saluum vſum trans ferti possunt,  
& tandem vinaria dicuntur quan-  
diu vīnum habent, ut ff. de veib.  
sig. l. vīnaria.

Vinarij dicuntur ebriosi. Etiam vi-  
narius est ortus vbi crescit vīnū  
l. ædiles. §. prædiis ff. de ædil. edi-

Vinea

Vinea, locus vitib. consitus l. certo,  
vbi gl. de ser. rust. præd.  
Vinearij hotti, qui vineas habet l.  
urbana prædia. de verb. sig.  
Vinctus proptie non dicitur qui  
detinetur in carcere, nisi & vin-  
cula eius corpori adhibita sint.  
l. verbum de verborum signi.  
Vinculorum appellatione tam pu-  
blica, quam priuata vineula sig-  
nificantur. l. vinculorum, de ver-  
sig. & propriè loquendo nemo in  
vinculis esse dicitur nisi cuius  
corpori vineula sunt adhibita.  
d. l. verum de ver. sig. licet latè, &  
per interpretationem etiam sim-  
pliciter inclusi in aliquo loco p-  
eo habeantur, achi in vinculis  
coercentur. l. succurrunt ff. ex  
quib. eau. maio.  
Vindictæ dicebatur ius possesso-  
nis, q̄ disceptabatur, pendente iu-  
dicio penes quem ex litigantib.  
res quæ vindicabatur deberet re-  
manete interprete Alciato.  
Vindicta, virga p̄toris erat, quaser-  
uo imposta illi faciebat libertū.  
Persius, Vindicta post quā meus  
a prætore recessi, vnde per meto-  
nymia, vindicta pro libertate aī  
quando. Ouidius de remedio,  
Vindicta quisque fauete suæ, &  
ibidem, Optima vindicta proximam  
quaque dies. Dicta est au-  
tem vindicta, à vendicando, hoc  
est in libertatem afferendo; vel  
à vindicio seruo Vitelliorū, qui  
coniurationem de reddenda vi-  
be Tarquinij patefecit. de quo  
Liuius li. secundo & Pomponius  
de origine iuris, lege necessariū.  
Titulus est p̄terea libris Dige-

storū de manutissis vidicia. N.  
Vindicta dicitur modus manumit-  
tendi, & dicitur à vindicta præ-  
toris virga qua ipse caput seu  
tangebat hęc verba solentia di-  
cens, Aio te liberum more Qui  
ritum. vnde Persius,

Vindicta postquā meus à præ-  
tore recessi.

Vindicta secundū aliōs est ipsa  
berras, quæ apud iudicem datur  
seruis à Vindicio seruo Vitelliorū,  
qui vindicauit cruitatē Ro-  
manā, coniurationē dominorū  
suorū cōtra républica facta de-  
tegēdo propter quod apud consi-  
liū libertatē cōsecutus est, sine  
libertate à populo donatus, &  
in postmodū obtētū est, vt omni-  
nis illa libertas quæ à populo da-  
tur vel à magistratu qui vicem  
populi gerit, dicitur vindicta.  
Hęc Azo in Sum. C. de vñ. libri  
& apud consi. manumissionē.

Vini appellatione quid contineat,  
satis superque liquet ex tit.  
detti. vi. & oleo lega.

Vinitor rusticus vinearū cultor ap-  
pellatur, & de eo loquitur Vip.  
in l. instrumenta fūndi ff. de fun-  
do inst. licet aliqui mendosele-  
gant monitor.

Vinum absynthiacum est cum mel  
le, & absynthio confectum.

Vinum picenum, & tyriacum dici-  
tūt à locis. xiiij. que sij plerique  
Vilitor ecclesiae dicitur quicunque  
ipsum ecclesiam frangēdo ostia,  
capiendo res sacras, & inuaden-  
do, priuilegiā sua non custodiē-  
do vel corrumpendo, offendit.

Vip, & vxor illi dicitur qui matri-  
O monium

moniū cōtraxerūt per verba de  
præsentī, de futuro spōsalia, re-  
quie, suprà sponsalia qñ que, tñ  
dictio vir, refertur ad oēs masculi  
los; licet nō du x erint vxorē cu-  
iuscunq; ætatis sint, vt no. Bar.  
in l. seruus. de leg. 3. vbi vide.

Vir bonus dicitur iudex. gl. no. in c.  
potu. in ver. cele. ad fi. de loca. l.  
cōtinuus. §. cū ita ff. de ver. obi.

Virginitas est in carne corruptibili  
perpetua corruptionis evitatio.

Virilis portio intelligi tur æqualis,  
quandoque tamen complectitur  
totum; & ideo si Titium, & Seiū  
heredes instituāt in viriles par-  
tes, alter autem eorum nō possit  
succedere, alter capax habebit  
totum. l. virilis. de ver. sig.

Virioles inter mulierum ornamen-  
ta enumerauntur. in l. argumēto. §.  
mulieb. ff. de aur. & arg. l. iuncta.  
l. fi. §. fi. co. ti. & est diminutivum  
à virijs, quæ minores annulos  
quos vulgus corrupto vocabulo  
vergetas nuncupat significant.

Virtus scđm Philosophum ij. Eth.  
est quæ habentē perficit, & opus  
eius bonum reddit, & dī quasi  
virum tuēs, à vitijs. j. distin. ij. il-  
la anima. &c. seq. & nc. lo. An. cl.  
j. de Su. Tr. & fi. catho. Virtutes  
theologicae sunt tres fides, spes,  
& charitas. c. quia passus. de cō-  
secrea. dist. 2.

Visitatio quomodo, & qñ fiat p. Ar-  
chiepiscopum, & quæ crimina  
panienda sint, & in quib. procu-  
rator fiat. vide c. 1. de censi. li. vj.

Vis est tci majoris imperus qui re-  
pelli nō potest, vel cui resisti nō  
pot, supple cōmodè. ff. qđ vi me-

tusue cau. fi. l. 1. & 2. & quot mo-  
dis sumatur, & quot actiones, vel  
iherdicta introducat, no. i. c. ad au-  
diētiā. eo. ti. i. gl. 2. Cuius gl. effe-  
ctus in frā patebit. Est generalis  
qñq;, vñ scđm Go. & Az. eo. ti. Vis  
quintuplices, scilicet, impulsua,  
ablativa expulsua, turbativa,  
& inquietativa, vide. in frā.

Vis ablativa est rerum mobilium,  
& hæc iducit actionē vi bo. rap.  
in reb. mobilib⁹, ē em circa mo-  
bilia tātum, vt ff. de vi & vi ar. l. 1.  
§. si fundus. §. 2. & inst. vi bo. ra.  
§. sed nedum talia per illā enim  
alicui bona sua vel res suæ vio-  
lenter rapiuntur.

Vis cōpulsiva est per quā cōpellit  
quis ad faciēdum illud quod  
nō faceret si esset liberi arbitrii  
neq; cōpelleretur, q; imponit ne-  
cessitatē cōtrariā voluntati spō-  
raneæ, & ex hac vi oritur actio  
quod met. cau. ff. eod. tit. l. j. in fi.

Vis expulsiva est quando quis ejus  
citur de possessione sua, & secun-  
dum istā inducit interdictum,

vnde vi, & est tantum rerum im-  
mobiliū, vel de his que immo-  
bilibus coherent.

Vis turbativa ē qñ quis turbatur in  
possessione sua, q; inducit inter-  
dictum vti possidetis in reb. soli,  
sed in reb. immobili. inducit in-

terdictum vtiobi, cum duo se  
possidere cōtendunt eadē rem.

Vis inquietativa est q; introducit  
interdictū qđ vi aut cl. Et dīn-  
quietativa, quia nō sinit vti aliū  
re sua quiete, vt arate vel aliquid  
facere, vt quando alter vult a-  
lio in iuxto aliquid ægificare in  
suo

suo solo, vel forte iam edificauit. Nam distinguitur in hoc interdicto, an iuste, vel iniuste fecerit, ut si quis a me prohibitus vel putans se prohibendum quid in meo faciat, siue ius faciendi habuerit siue non, ff. quod vi aut clam. l. 1. Et dico secundū Azo. in rub. quod met⁹ cau. quod accipitur hic vis prout nullo modo potest ei resisti, sed in rub. de his quæ vi mutusue cau. si. accipitur pro ut pōt̄ resisti, licet cū peticulō, & est cōpulsua, hæc ibi. Item est quædam vis publica quæ sit cum armis, quædā priuata siue armis, de ordine cognitionum. cū dilectus. in glo. vj. Itē vis maior dicitur impetus rei cui resisti non potest, vt supra dictum est de his quæ vi met̄ est ve causa fiunt, ad audieotiam. in glo. 2.

Vis maior que dicēda sit, cuius meminit Cai⁹. l. si merces. §. vis maior, pulchre Bu. l. ex cōducto. §. sed & si labes. ff. de loca. & cōdu. Vis negativa est quando res alieni inquietatur.

Vis publica est quæ sit cum armis, sed priuata quæ sit sine armis. inst. de publiud. circa fin. in paragraph. itē lex Iulia. de vi. priua. vnde. q. 2. de ordi. cogni.

Vis priuata reū deponit ab ordine rerum, id est mulctabit in tertia parte honorū Sed deponatur cū vis armata probatur. vt in gl. 1. cap. 2. de ordi. cogni.

Vis siue merces cadens in constantē virū est metus pñæ, vel cruciatus siue atissionis omnium honorū, & ista excusat, nisi postea cōscerit, vt in c. de illis. 2. de

spō. Alia est vis vel met⁹ nō excusans, q̄ nō cadit in constantē virū, vt in c. venies, & c. cōsultationi. eo. ri. Et no. quib⁹ pōt̄ quis vi vi repellere, vt c. significasti. ij. de homi. & c. si vero, de sen. exc. & dis. i. ius naturale. l. j. §. vim vi. ff. de vi & vi. ar. Scientiā. §. quicū aliter. ff. ad l. Aq̄ti. Et hoc verū si repulso fiat incōtinenti nō ex interuallo, vt l. idē est. §. cum jugiū. ff. de vi & vi. ar. Dī aut sic fieri inēstineti, qñ fit in flagrati cri mine hoc est donec an ius cōtinuus durat, & nō diuertit ad alios actus. vt §. vim vi. p̄al. Se dō dēt fieri cā defēsiōis nō cōstēsiōis vel vlciscēdi, vt §. p̄e. in l. sciētiā. p̄al. Tertio debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. C. yn de vi. l. j. & c. vt famæ. §. vlti. de sen. excō. Et datur ribi talis conclusio, q̄ ista defensio est vera & iusta q̄ fit tm̄, & tunc quantum, & qñ est opportunitum vt in gl. 1. C. vnde vi p̄al. tñ si defendēdo, modum exceedat nō ex proposito, non tenetur. xxiii: q. 3. non in ferenda. Alanus, & Iozn. distinguunt, aut vis sit persona, aut reb., de hoc vide gl. in c. signific. p̄al. & c. dilecto filio. de sen. excō. l. vj. & in c. significavit. de pñ. & te. vbi cōsideratis circūstātiis imponitur penitentia arbitria illi qui defendendo modum excessit. Quarto potest fieri quādo habet iustū timorē offendit, puta per minas alicuius qui minas exequi solebat, aut per occurrsum, nō enim oportet expectare quoisque detur primus iactus quia talis posset esse latalis.

Vitæ hominis tempus longissimum est spatiū cētū ānorū l. f. & ibi las. i. vj. not. C. de sacrosāct. eccl. Adde q̄ homo pōrviuere cētū, & xx. annis, vt est tex. in § j. & ibi. not. Ang. in auth. de monac. ponit do. las. in d.c. fin. in fine.

Vitis centurionis gestamen erat adfusigādos milites pigrē muse ra sua obeūtes, de qua in verbo Cēturio, multa diximus. Nēbr.

Vitiū est perpetuū corporis imdumentū. l. inter stuprum, de ver. sig. vbi ponitur differentia inter morbum, & vitium, sed Sabinus in l. i. de xđil. edic. vitium etiam ad animū retulit.

Viuarium dicitur indago vbi seræ sunt inclusæ, vel dicitur locus in quo pisces seruantur; vt ibi viuāt scđm Io. And. in cl. ne in agro. de stat. mona. Et differūt viuariū saltus, foresta, garena, insula, &c.

Vix qñq; denotat affirmationē, nā quod vix sit, fieri tamen dubiū nō existit. vtc. 2. de cogn. spirit. lib. vi. ff. de iudic. l. & certis ex causis, & xv. q. i. merito qritur. Quādoq; etiā significat negatio nem, id est, nullo modo, vt ff. de lega, i. si seruus legatus. q. qui quiq;. Sic ēt dr. Vix bonoperagū tur exitu, q̄ malo sūt inchoata principio, lxj. distin. miramur.

### De V ante L.

Vltra aliquando ponitur tempora- liter. xxxij. qu. v. f. Paulus ff. pro socio. l. cum duobus. §. idē respō dit. Aliquando notat modicū tē pns, extra, de dil. c. literæ, Ali- qñ includit, C. de nō nume pec. l.

cū vltra. de vsur. l. eos & l. cū alle- gas. de col. filiā. & de inoffic. test. l. ij. Aliquādo taxat. C. de iudi. p perandum. circa prin. Item adde quid vltra importet, in testamēto, Barto. in l. Celsus. de vsur. Vtrocitroque perinde valet, qua si dicas. vtrique, siue hinc atque il- linc. l. Labeo. de verb. sig.

### De V ante N.

Vnanimiter, vide extrā, de causa pos- sel. cū ecclesia. de elec. cū dilect⁹ &c. in causis & de cōcel. præbē. post electionē, & de postu. præl. c. vlt. Idē adde q̄ vnanimiter fa- ctum dici potest quod factum est à maiori parte capituli seu collegij aliquibus contradicen- tibus, ita collegit dom. Ant. in c. ad aures. extrā, quod metus cau- adde etiā Barb. post alios. in c. cū eccl. sutr. de cau. po. & ppri.

Vncia ē duodecima pars assis, vt na- ti ex cōcubinis ī domo, succedūt ī duab. vnciis, id est ī duab. partib. assis, si alij legitimi nō supersūt. Cetera noia assis, regre. s. As.

Vncia ex octo drachmis constitu- tur, vt no. per. glos. in l. j. C. de me- tallis & metal. lib. xj.

Vnde agnati, & vnde vir. & vxor. Regre suprà, honorū possessio. vnguenta appellantur non solum quib. yngimur causa voluptatis sed etiam valetudinis. l. in argen- to. de au. & arg. leg.

Vniōes, id est margaritæ. l. siqd. §. j. ff. de fur. & ibi not. l. apud Celsū §. itē queritur ff. de do. except.

Vniuersitas secūdū Azo. in summa quod cuiusque vniuer. nomi, est pluri-

pluriū corporum inter se dista-  
tiū vno nomine specialiter eisde-  
putato collectio.

Adde, quod triplex est vniuersitas  
quædā est vniuersitas solius fa-  
cti seu corporū, vt greci, chorus,  
familia, quædā iuris & factissimul  
vt peculiū, dos, patrimoniuī, quæ  
dā solius iuris, vt hereditas, ea  
ēm seruat nōmē etiā si nulla ad-  
sist corpora hereditatia, l. hered-  
itas de peti. hered. & de noīe v-  
niuersitatis, vide Bar. in l. aut fa-  
cta. §. vlt. de pœn.

Vniones dicuntur margaritæ grādio-  
res, dicti ab eo, vt Plinius libro  
nōo scribit, quod nulli duo repe-  
riantur indiscreti, vnde nomen:  
vnionem inquit, Romanæ impo-  
suere deliciæ, de auro & argen-  
to legato. l. Seia. Legauit, inquit,  
vnionem cum hyacinthis, & po-  
stea vnionem soluit.

vrinatores, dicuntur qui s'abter a-  
qua natantes tempore multo cō-  
tinēt spiritum, ab eo quod est  
vrino, vrinas, vel vrinor, vrinaris.  
varro de lingua Latiba lib. 4. vr-  
næ, inquit, dictæ quod vrinat in  
aqua hauriēda, vt vrinatur. vri-  
nari ēm est in aqua mergi. Plinius  
libro secūdo: vrinatibus in qua  
libet profundā aquarū altitudi-  
nē. Idē libro nono: Has, inquit,  
vrianitium cura capi. Idē libro  
vndecimo: Eāde est causa quare  
sub aqua diu Ranz, & diu Pho-  
cæ vrinentur. Callistratus ad le-  
gē Rhodiā de iactu, lege nauis.  
Meres per vrinatores extractæ  
Audi somniū Accursij: Qui ita,  
inquit, subtiliter perpendunt &

vident sub aqua, sicut medicus  
per vrinam perpendit ægritudi-  
nem.

Nebris.

vno cōtextu fieri aliquid est fieri  
nullo alieno actu interposito, ni-  
si fiat ex necessitate & actu na-  
turæ, vt superflui pondatis depo-  
sitione, vel medicinæ acceptio, vel  
breuis langor, vt C. de testam. l.  
cū atiq̄tas. Hæc Az & Gof eo. tit  
vnuſquisque est verbū vniuersale.  
ff. de here. institut. l. hoc articulo.  
& habetur hæc dictio C. de sa-  
croſā eccl. l. i. Aliqñ indistincte  
sumit. C. d. pat. pot. vnuſquisque.

### De V ante O.

vocare in ius est vocare ad eum;  
qui ius dicturus est. §. vlt. inst. de  
pœna teme. litig.  
volo, hoc verbū significat, prout  
eijs significatū, vel quodlibet ad  
iūctū vel quālibet circūstātia si-  
gnificare dicit. Nā qñ simpliciter  
profertur, significat motū a-  
nimi ad aliquid prosequendū. Et  
cū nihil adiungitur, seu nō ap-  
paret id, ad q̄ refert, in iure nul-  
lius est effectus. Etiā nō dī spōit,  
per Bart. in l. si quis in principio  
de leg. iij. & etiā C. desum. Tri. &  
fi. cat. l. j. Et not. in l. qui se patris  
C. vnde liberi, q̄ volo & nolo nō  
sūt opposita, q̄a volo ad óne tēp̄  
refertur, vt dicēdo, volo adire hæ-  
reditatem, sed nolo ad p̄tā sens  
tēpus tātū refertur dicēdo, nolo  
adire intelligitur nūc, heet po-  
stea velim. Et ideo facit oratio-  
nē abiguā, de qua abiguitate de  
verbo nolo, not. Ant. de Bu. in c.  
ex literis. i. de spon. Sed ibi, b. il-

le, cui relictā est electio, dicit, volo eligere hanc rē, significatū illorū verborū est ambiguū, quia potest intelligi dupliciter. Vno modo, j. primus motus meus feratur in hāc rē, nō tamen dilibera- tē. Secūdo modo pro ipso actu acceptiōis, id est accepto hāc rē. Si ergo queris in quo istorū sit retinendū, respondetūr si est trā- ditus terminus ad eligendū seu delibera- dū, & in fine termini res pōdes, volo eligere hanc rē, tūc significatur electio. facit l. sed si alio, ij. respō. ff. ad Treb. cū dicit, potēt deliberatiōis tēpus, & sīcde liberatiōis dat significatū, facit l. oēs qui, ff. eo. ti. Itē si ad interrogatiōē eius cuius interest, co- dē mō respondes, si volo elige- re hāc rem, significato sumpto ex verbis pro certo, maximē cū dicis, pro certo volo eligere hāc rē. Si autē nō est aliud, unde reci- piatur significatum nisi ex ipsis verbis, tunc nō significatur elec- tio, imō recipitur. j. id est prim⁹ motis finitur in hāc rem. Itē ibi, legatarius cui relictā est electio, dicit volo hanc rem, significatur electio, lege ij. ff. de opt. leg. quia motus cum significatur per verbum volo, refertur im- meditatē ad rem, per quod si- gnificatur acceptatio rei. Et i- dem si hæres iustitutus diceret, volo hanc hæreditatem, quia per hoc significatur aditio: se- cūs si diceret, volo eligere, volo adire, quia tunc non significare tur acceptatio & additio, quia motus animi nō sic immediatē

ad rē, sed ad actum eligendi vel ad eū adi. Item ibi iustitutus di- cit volo esse heres, significatur aditio, l. iā dubitari. ff. de heredi- bus instituendis. Et sic aliud est dicere, volo adire, & aliud, volo esse heres, quia per secūda verba significatur simpliciter aditio sed per prima non. Et idem est dicere volo esse heres, & volo hāc hereditatē. Itē ibi, volo relin- quere, significat, id est, relinquo, vt in l. Paphilo: §. proposiū. ff. de lega. ij. Et sumitur significatum ex natura vltimæ voluntatis, cu- ius est prouidere in futurum, c- tiam fauore eius ut valeat dispo- sitio. Itē dicēdo, volo p tales ge- ri negocia mea, significatur mād. ff manda. l. i. Itē si vēdere volens dicit, volo vēdere decē, & emēs dicit volo emere decem, signifi- catur emptio, & vēditio, quia p verbum præsentis tēporis signi- ficiatur cōsensus de præsenti. Se- cūs dicendo, vellem vendere, & vellem emere.

Voluntas coacta etiā est voluntas. xv q. j. merito. ff. p metus cau. l. si mulier, §. si dos. & §. si metu. Sed hoc intelligitur sic, quod nō est libera voluntas.

Voluntariū exilium, vide Exilium. Volūtaria iurisdictio, vide Iurisdi- ctio.

Voluptuariz impēsa, vide Impēsa. Votū est alicuius boni cū de libera- tiōe facta, pmissio vel Deo facta pollicitatio. xxvij q. j. de viduis. ij. Et dicitur boni, qā de malo nec etiā de re bona sine deliberatio- ne non procedit obligatio, nam  
de

de malo quis non obligatur, quia in male promisso rescide fidem, & in turpi voto muta decretum. xxij. q. iiiij. in malis. Dicitur cum deliberatione, quia votū quod facilitate animi potius, quam arbitrio discretionis emititur non est usquequaque obligatorium, ut c. ue- niens. eo. tit. Et est triplex uotū. Primum necessitatis, quod quis necessario in baptismate promittit, ut abrenuatiare diabolo & pōpis eius, tenere fidem, seruare de calogum, de conse. dist. 4. c. 1. Secundum est uoluntatis, quod quis uoluntariè emittit saper his ad quæ ante uotum non tenetur, ut continentiaz, abstinentiaz, &c. Tertium est uotū mixtū ex his duobus, scilicet partim necessitatis, & partim uoluntatis. Sed uotū uoluntarium subdiuiditur in uotū solenne & simplex, unde simplex est, cui nulla solennitas adhibetur. Solum autem uotum continet solennizatur. Quæ autem uota redimi & comnutari possint, vide Goff. in sum. eo. ti. Item uotum obligat quæ Deo, cum dicitur, uouete & reddite, ut c. & si Christus. & c. debitores. de iure. & c. magnæ de vo, post prin. uel desctibit sic. Votū est aī cōce ptiū cum deliberatione firmatū.

### De V ante R.

Vrbs simpliciter proleta, populi Romani ciuitatem significat antonomasticè, inst. de iut. nat. §. sed mutis aut continentibus edificiis finitur, ut c. significavit de por. &

remis. ff. de uerbo signi. Iij. & appellatur ab uruo, id est aratro, quia aratum in urbe condenda adhiberi solebat. leg. pupillus. §. urbs. ff. codem.

**V**rbana mancipia non loco, sed genere usus cognoscuntur, & à mancipiis rusticis distinguuntur. Lquæ admodum de suppelli. leg. l. urbana familia. de uer. signa. l. seruis urbanis. de leg. iiij.

**V**rbana prædia omnia ædificia accipimus, nō solū ea, quæ sunt in ciuitatib. uel oppidis constituta, sed et in rure, nisi forte stabula sint, quia locus nō facit prædia urbana, sed materia. ff. de uer. signa. l. urbana prædia. uide supra prædictū. **V**rbanorum prædotiorum seruitutes, require supra seruitutes.

**V**redo ē morbus herbarū, frugū & arborum in uitibus, & alio nomine carbunculus appellari potest. l. ex conducto. §. j. ff. loca. & de frigore procedit, nā & frigus urit. Virg. Aut boreæ penetrabile frigus adurii. Aliqñ ponitur p̄ pruritu, ut apud Pli. de urtica pisce, Tactas (inquit) uredinem immittit.

**V**eportrophium dictio græca est, locum significans ad infantes nutritos paratum, u. ephō enim graci infantem dicunt. l. illud. §. j. C. de sacr. eccl. licet in aliquib. eo dicib. mēdos è legatur.

**V**rinatores appellant natatores sub aquatiles. l. nauis. ad l. Rh. de iac.

### De V ante S.

**V**siā p̄ substitutā dixit Vlp. l. in reditionib. de contrah. emp. Vno, idem quod vsus l. Quintus. §. si factum, de aur. & arg. leg.

Vsque, stat quādoq; inclusiūe, vt ff. de sena.l. si, & i.c.j. de or. ab epis. qui re, quandoque etiam exclusiūe, vt c. cū dilectis de si. instr. est ergo dictio vsq;, significatiua vltimi termini ad quem, sicut à vel ab, primi termini à quo.

Vsus est ius vt̄di reb. alienis salua rerū substātia, pprietate & dñio & qūo accipiatur, vide Arch. de offic. deleg. c. quamuis lib. vj.

Vsuaris est qui alicuius rei vsum habet, vt si tu q; es dominus hu- ius serui, consenseris siue cōces- seris mihi vti ministerio eius sal ua proptietate & dominio, vnde vsuarij dici possunt clerici qui nō possunt vēdere vel testari si- ue dōare de bonis ecclesie, sed vi- ctiū & vestitu debēt esse cō- tenti. q. ij. episcopus habeat, & c. cūm constet, de pignor. secundū Ber. Competit ergo vsuario ius & vsus, sed non potest vendere, locare vel alienare, sed solum ad vsum suum & familię suę, potest vti seruitute tali, vt in horris, fun- dis, & similibus si quis habeat in seruitutem vsus.

Vlucapio est acquisitiō dominij. v- tūlis directa rei aliena per conti- nuationem pessessionis tempori- ris lege definiti, id est per spatiū temporis à lege definitum. ff. eo- dem titulo. l. tertia, verbi gratia, Emi rem mobilem à non domi- no bona fide purans rem esse vē dentis, & per continuum trien- nium possideo sine interruptio- ne, ipso iure efficior dominus. il. ius rei. Directum autem dñium habet verus & principalis dñs

rei. Sed vtile dominium dicitur, qn̄ quis in veritate nō est domi- nus, sed haber vtilitatem rei ac si esset dominus, vt feudarius, va- sallus & similes. Et dicitur vluca pio, qdla vsu quodam & consue- tudine possidendi cōpi & acqui- siui dominiū. Secundo in rebus mobilibus vel se mouentibus: nā immobilia non dicūtur vlu- capi propriè, sed potius præscri- bi. In immobilibus enim præscri- ptio locum habet. Tempus enim à lege definitum est triennū in vluca pio, sed in præscriptione statuitur decēnum inter presen- tes, & vicennium inter absentes, vt inst. de vluca. Et datur vluca- pio, domima rerum sint in in- certo, pro publico introducta. l. j. ff. de vluca, contra æquitatem na- turalē. ff. de neg. gesto. l. j. in si. & de cond. indeb. l. nā hoc na- tura. Nam loeupletari nō debet quis cum alterius damno secun- dū regulā loeupletari, dē reg. iu- li. vj. & sic aliud est æquum & a- liud bonū. vt C. de pac. conuen. hac lege. Et quādo opponitur, e- quitas scripta p̄fertur rigor scri- ptō. Solu. verū est dum vtrunque scriptum est in specie, sed in præ- al. l. nam hoc natura. æquitas est scripta in genere, & hic rigor in specie, ergo præfertur rigor. E- tiā in vluca pio vel præscri- ptione versatur quādā æquitas naturalis, suadet q; postquā quis iusto titulo bona fide certo tem- poris spatiore rem tenuerit domi- niū acquirere debeat, & iputetur domino qui negligens est tanto tempore

reporie tē suā quārere & custodi-  
re. Et sic nemo debet locupletari,  
&c. nisi subsit causa, vt hic pro-  
pter cōmūnem omnīū vtilitatē,  
& vt aliquāndo sit litiū finis. I. si.  
ff. pro suo ybi datut hēc ratio i-  
deo exceptio pr̄scriptionis est  
exceptio litis finitæ, & opponit  
sicut aliæ litis finitæ exceptiōes.

Vſafructuarius est qui fruitur &  
titut rebus alienis, vel qui res suas  
nemini foratur.

Vſusfructus est ius. vt̄ dīfruendia  
alienis rebus salua substantia re-  
rum, vt ff. de vſufr. I. j. & inst. de v-  
ſufr. in priu. Et est ius i corpore,  
quo sublatō & ipsum tolli necel-  
se est, destructa em̄ domo, destrui-  
tur & vſufr. qui habetus in ea, vt  
ff. eo. ti. l. iiij. & not. secundum Az.

in sum. C. eo. ti. quod vſusfr for-  
malis dicitur ius, id est seruitus,  
sed vſusfructus causalis secundū  
quem aliquis habet causam do-  
minij, non dicitur seruitus, & po-  
nitur hic fruendi, & non in diffi-  
nitione vſus, quia differunt ius v-  
tendi & fruendi, vt in frā patebit,  
& vtendi dicitur ad differentiam  
creditoris qui habet ius in pigno-  
re, non tamen potest eo vti, in dī  
fūrū cōmittit si eo vtitur, sed  
secundum ponitur ad differentiā  
vtilis domini quod habetur in  
rebus alienis, sicut emphyteuta  
& feudatarius habent. Sed fruen-  
di secundū Acc. & Ber. dicitur ad  
differentiā nudi vſus, quia minus  
est in vſu quām in fructu. Dicitur  
in rebus alienis: quia sua res ne-  
minil seruit. Salua rerum substan-  
tia dicitur ad differentiam super-

ficiarij & emphyteutæ, qui non  
tenantur reficere ædes, sed vſa-  
fructuarius tenetur, & etiā tene-  
tur ad tributū, quia adeū pertinet  
fructus. Vnde Ber. exponit, salua  
rerū substātia. i. ne pereat in toto  
substantia. Accurs. exponit salua  
substātia, quia tandem durat vſus  
fructus, quandiu durat substātia.  
Et no differentiā inter eū qui ha-  
bet seruitū vſus, & eū qui ha-  
bet seruitū vt vſusfr. quia his qui  
habet solū seruitū nudi vſus,  
ita vtitur quod fructus non per-  
cipit, sicut possum vti equa tua,  
ita q̄ fructus inde nō percipiā, sic  
quod partus non sit meus, sic si-  
militer qui habet vsum tantū ali-  
cuius fundi, nō potest vti pomis,  
olerib. & ceteris fructibus ad v-  
sum suum quotidianum, ille aut  
cui competit seruitus vſufr. po-  
test hēc omnia facere.

vſura sicut communiter dicitur, est  
quicquid pr̄ter vsum sorti acci-  
dit vel accedit, secundū Gof. xiiij.  
q. 4. plerique. Et addit ipse inten-  
tione vel pacto pr̄cedente. Sola  
ēm̄ spe vel expectatione vtiū v-  
ſurariū contrahitur. vt c. j. &c cō-  
ſuluit. de vſut. & xiiij. q. iiij. si fo-  
neraueris. Et hoc cū principaliter  
habetur spes & expectatio lucri.  
alias si ob charitatem moneatur  
q̄s ad mutuādū, & secundāriō spe-  
ret de aliqua retributione, nō pu-  
tatur vtiōsum. ar. ad hoc lxxxvij.  
dist. in singulis. lxj. dist. quod pro-  
dicit, secundū Gof. Itē vſura est  
vbi plus recipitur quām datū est,  
& definitur secundū Az. C. eo. ti.  
sic. Vſura est si summa quā pro-

pter vsam rei cōcessā datur Cō  
cessā. i. datā vel mutuatā : vnde  
vsura dicitur ab vsu , & ex x̄is,  
quasi vsu x̄ta. ii. vsu x̄ris data. s. pe  
cunia, cū noīe pecunia quicquid  
homines habeant contineatur. j.  
q. iij. totū & noī quod omnis vsu  
ra præstatut super facta dilatio  
ne ad annum, vnde quædam vsura  
vocatur cēfima illa. s. quæ infr.  
annū æquiparatur sorti, quædam  
vocatur sextupla (alias sescupla) à  
sex, quod est totū, & plica, id est  
pars vel medietas quæ etiā alio  
nomine dicitur hemiolon , ab  
hemi, quod est medium , & ho  
lon, quod est totū, & est illa vs  
ura quæ totū continet , & me  
dietatem totius : quædam verò est  
triens, s. quæ præstatut vsque ad  
tertiam , partem centesimæ vel  
sortis, quædam semis, quæ præsta  
tur ad medietatem sortis, quæda  
bes quæ præstatut ad duas partes  
sortis. Itē quædam vsura est fēnus  
sortis, & quædam fēnus fēnoris.  
Nā vsura dicitur quæ vltra sortē  
recipif, vt c. fi. i 4. q. 3. sed fēnus V  
surpare est aliquem contra ratio  
nem, ius, vsum, vel consuetudinē  
capere, inuadere, vel præsumere,  
vide Albericum de Rosa, in dicti  
suo, in ver. vsurpatio . vbi planē.  
Est em̄ distinguēdū inter vsu  
rā & rē illā in qua vsura cōmitti  
tur, nā quæ ab vsurario exigitur,  
propriè est luctū, quod vltra sor  
tem exigitur. s. lucrū restituendū.  
Sed res in qua vsura committi  
tur, est mutuum de quo lucrum  
prædictū gignitur.

Vsurarius manifestus qui dicatur,  
vide c. j. & i. de vsur. lib. vi. Et l. vi

tra hoc dicitur Matth. quod sit il  
le qui vsurarius ex libris suis cō  
uincitur. alleg. cle. j. de vsur. & c.  
qūis syncera. xlvi. dist. c. sauc. xxiiij.  
q. iij. & l. j. §. editiones. ff. de eden  
do. Secundò ille qui cōfitetur co  
rā sacerdote se esse vsurariū , qā  
vsurarij iudex est sacerdos, & si c  
confessus coram suo iudice erit  
manifestus, vt c. quē pœnitentia. de  
pœn. dist. j. lo. And. dicit hoc ve  
rū, si adsint testes. vt c. quanquā.  
de vsur. li. 6. Idem sequitur Io. de  
Lign. quia iudiciū fori pœnitent  
ialis non inducit illos effectus  
quos iudicium fori contentiosi,  
q̄ ideo sit manifestus, q̄ cōfitetur  
corem iudice animæ nisi adsint  
testes. Tertiò dicitur ille vsura  
rius manifestus qui habet altare  
paratū. Sunt ergo vsurarij tripli  
ces. Primi, notorij: qui habent al  
tare cōtinuè paratū semper mu  
tuantes, Secundi non notorij. sed  
manifesti, qui nō hēnt altare cō  
tinuè paratū: sđ iterdū mutuātes,  
Tertij per famā tñ manifesti sūt.  
Vsurpare est aliquem contra ratio  
nem, ius, vsum, vel consuetudinē  
capere, inuadere, vel præsumere,  
vide Albericum de Rosa, in dicti  
suo, in ver. vsurpatio . vbi planē.

Vsurpatio est interruptio vsuratio  
nis, vt i. l. 2 & i. rub. ff. de vsur. &  
dicit ibi textus q̄ oratores vsur  
pationē frēquētem vsum vocat.

### De V ante T.

Yt, hæc dictio modum facit, sicut si  
conditionem, & cum causam fa  
cit. C. de cond. quæ sub mo. l. j. &  
ibi no. & vide ff. de manum. l cau  
fam. §. fi. & de legatis i. j. si ita te  
licitum:

licitum & de cōtrah.emptio. I. cū ab eo. & de manum. restat. I. Me- uia. Aliquando facit conditionē, vt l. cūni tale. circa finem. ff. de cond. & demōst. Aliquādo vt, ex- ponitur, id est sicut. C. de sepulc. viol. I. si quis & ff. de acquir. ter. domi. I. in laqueum. in fin. aliquādo vt, id est secundum. C. de his qui parent. vel liber. occ. l. j. Aliqñ ponitur causatiū & cōsecutiū, ff. de don. can mor. I. senatus. Cau- satiū ponitur. xlviij. dist. sicut. ff. de leg. I. l. si quis in princ. Con- sequentiū ponitur. C. de obse. patt. p̄st l. si mangmissori. de episco- pis & clericis. I. in ecclesiis. ff. de seru. & aqua. l. j. & j. q. j. cūm li- queat & c. venditio. Aliquādo po- nitut aduersatiue, pro sed. C. de appell. cūm post. Aliquando est aduerbiū temporis, vt, id est post quā. ff. depign. l. j. §. idem quæsit. Aliquādo ponitur vt, pro &, in au- thenti. de test. §. si verò deducēs, ibi non ramen per longum inter- uallum, vt, &c. Aliquando vt, id est tanquam. C. de legi. l. leges. A- quando est aduerbiū qualitatis vel quantitatis, vt, id est quantū, vel optandi, vt, pro utinam. Ali- quādo est exemplificatiuum, vt cūm dicitur, nomen appellatiū, vt homo, & no. ff. de inter. l. i. §. in terdicta. de partis. l. iurisgentium. §. quinimō. Aliquando vt, id est quanuis. de nego. gest. l. sed an vi- tro. §. si. C. de serui. & aqua. l. i. A- liquando vt, exponitur, id est quā- do. ff. de arb. l. si cūm dies. §. si ar- biter. Aliquādo abundat. ff. ad l. pompeiam, de particidis. l. i. & i.

bi in gl. Aliqñ est aduerbiū or- dinis, vt id est postea. Aliqñ est cō- iunctio adiunctiua, vt volo vt tu legas. Aliqñ causalis, it, id est quia vnde versus. Qualiter & quantū notat, discernit & optar. Ordinat, exemplat simulat, viru inque requirit. Dat comitem, dat quo- que sequens, sic dat duodena. Et de significato hujus dictiōis, vt, vide extrā, de priu. ex ore. de con- fir. vti. vel inuti. c. examinato, de verborum significatio. c. abbate. Item de effectu huius dictionis, vt, vide extra, de cond. apo. verū. in cle. de zeta. & qualit. c. i. Vter, dictio est distributiua, & verifi- catur in altero tantum. Bar. in l. pe. C. de imp. & aliis subst. Vterinus, vide in dictione Fratres. Vterlibet, alter ex duob. quē capere libet. l. arbor. §. de vestibulo. cō. d. Vterq; aliquando ponitur cōiuncti- ue. ff. de lega. ii. l. si quis duob. & de leg. iii. l. Titius. & ff. de cōdic. indeb. l. si non sortem. §. fin. de e- uic. l. si duos. Aliquando ponitur diuisiuē, vt ff. de rei vend. Pompo- nius, cōmunia præd. l. binas. & de act. empt. l. si es res. §. fin. Aliqua- do dicitur de tribus, secundū v- nā expositionē. gl. inst. per quas perso. no. acq. §. non solum. Item adde quomodo vterque attribuit actū, & in quo uerificetur. Barto- lus in l. hoc articulo. ff. de hered. inst. Item quæ sit eius natura, ui- de eundem Bart. in l. cum quidā C. de imp. & aliis sub. Vti & frui differūt sic, quia uti dici- tur ille, qui ita utitur re & fructu, non percipit, sicut possum uti ad usum.

vsum quotidianum & ministerii equa tua , ita q̄ fructum nō percipiam, q̄ scilicet partus non sit meus, sed is qui alicuius fundi vsum habet, pomis & olerib. vti potest ad vsum quotidianū, non tamen donare vel vendere potest. Fruī verò dicitur ille, qui fructus percipit, & sic v̄suarium habet v̄sim rei, vt cui dominus nemoris, constituit vsum nemo- ris ad necessitatem suam & fa- milie sue, vt accipiat ligna, olera, poma, flores, &c. quæ nascuntur in nemore pro se & suis conuiuis, non tamen vendere permit- tit ipsum, alias frueretur, quare clericī dici possunt v̄suarij, vt sa- prā dictum est.

Vt̄ilis actio, vide Supt̄a, Actio direc- ta.

Vt̄iles impensæ, vide Impensæ.

Vt̄ilitas publica quot modis cōfi- deretur, tradit Bar. in l.j. sol. ma- trimon.

Vti possidetis est quoddam inter- dictum cum possessor inquieta- tur à non possidente, vt iudex pro ipso det sententiam. Si v̄ous fuerit, tunc pronuntiare habet in singulati numero, vt ita possi- deas ut possides. Si autem plu- res, tunc debet pronuntiare in plurali numero, vt v̄ti possidetis ita possideatis hęc Az. i su. e. ti. & vide gl. antep. ic. licet. de pbat.

Vtpote pro quia. auth. ingressi. de sacrosanct eccl.

Vt̄ique, id est certe. ff. de rei ven. l. vt̄ique Aliqñ ponitur continua- tiue ff. de dam. infec. l. vt̄ique. A- liqñ id est ita demum ff. de neg-

gest l. diuōrtio §. sed nec. Aliqñ id est sicut ff. de actio. em. l. sicut Aliqñ, id est tm ff. ad mancip. l. nō vt̄ique. Aliqñ, id est v̄sque a- deb, de cap. dimi. l amissione. §. j. Aqñ vt̄iq; sunt duæ partes. l. vti. id est sicut, & que pro &, vt no. ff. de æd. ed. l. ædiles.

Vt̄ro, id est altero. C. de agrico & sensi. l. definitus. l. xj.

Vt̄robi componitur ex vtrum, & vbi, pro ad, quasi dicat apud quē est possessio, apud illum sit, not. per Host. extrā, de prob. c. licet. in fi. & vide. C. & ff. in ti. vrrobi. & inst. de interdictis. §. v̄t̄robi.

Vt̄roque iure. i. in spiritualib. & tē- portalibus. extrā, de pr. qm̄. Aliqñ ponitur simulatiue. ff. de pact. l. rescriptum. §. si pacto. & de reb. dub. l. si is quis ducenta. §. v̄t̄rū.

### De Vante V.

vulgaris hęc dictio quot modis ca- piatur, docet Bar. in l. j. ff. de vul. & pupil. substitut.

vulgatis persona dī minus honest. l. legitimos ff. de legitim. tut.

lgaris substitutio dī cū quis lo- co instituti vel eius cui alias pa- ta ab intestato est ius adeundi, in casu hereditatis nō aditæ ap- ponitur seu subrogatur. vnde cō- ditio est semper, si hereditas nō adeatur. Et dicitur vulgaris, q̄a in hūc casu seu euētū fieri po- test à quolibet qui testari pōt, & cuilibet qui ius adeūdi habet ex- testa mēto vel ab intestato, quia voluntas talis disponētis simpli- citer admittitur iure ciuili, se- cūs in pupillari & alijs substi- tutionibus, vbi non simplici- ter

ter admittitur, imo restringitur & limitatur. Et quādoque penitus nō admittitur iure ciuii scripto. Et nota q̄ conditio ibi apposita, si hereditas nō adeatur, pōt dupliciter intelligi, secundum q̄ non adire dupliciter contingit, vel propter nosse adire, vel propter nō posse. Et istud non posse multis pōt cōtingere, vel quia evenit furor, vel deportatio, vel quia bonorum acquisitio interdictur. Vulgaris enim substitutio semper continet conditionē de euentu non adit̄ hereditatis licet iam vnum casum vel plures vel oēs cōtinere possit. Cetera vide suprā, de substitutionib.

Vulgō cōcepti dicūtur qui patrem demōstrare nō possunt, nati ex meretrice quā plures admisiſ. I. vulgo concepti. de sta. hori.

Vulua secundum Archid. xiij. q. iiij. plerique quandoque illud est quod extra nascitur, vel est ventre porci, vel vber, sarcimen, vel illia, scilicet salcitia.

### De V ante X.

Vxor, iusta, ut scribit Alcia, libr. iii. Parad. dicitur quā verē vxor, & per quam solenniter ducta est, nō quā simplici sponsione vxor est, tamē si legitima sit. I. si vxor, de adult.

Vulpianus an Vlpianus dici debeat Iurisconsultissim⁹ Alex. Cæsarius ille assessor multi dubitant, quā ambiguitas ex pādestarum Florentinarū lectione tollitur in quibus semper Vulpianus per duplex, u alteram consonantē alte-

ram vocalem scribitur. Nebri.

### De Litera X.

X Enī, interpretatur munus qđ hospitib. datur. Nā xenos interpretatur hospes. Vitruvius li. vij. Primo, inquit die Græci hospites inuitabant ad cœnā, postero mittebant pullos oua, olera, poma reliquaque res agrestes. Ideo pictores qui ea quā mittebātur hospitib. picturis imitabātur xenia appellarunt Martialis. Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello. & sequitur. Hæc licet hospitib. pro munere disticha mittas. Inde per diminutionem, xeniolū. Apuleius lib. 2. de asino. Mittit byrrhena mihi xeniola: porū optimū, & quinque gallinulas. Vlpian. libr. i. Dig. tit. de officio pro consu. l. solent. Nō inquit, in totū xenii abstincere dēt procōs. & paulo post: Quantū ad xenia, inquit, pertinet vetus prouerbium est, &c. Neb. Xenia dicuntur munuscula quādā quā dantur esculenta, & poculēta, quā vulgō dicūtur appensiones, ceterarū verō rerū, quā vñ edulū excedūt, magis proprie dicūtur munera: dicitur esn fieri xenium de pomis eum qui habet hospites, secundum Arch. xiij. q. iiij. plerique. in fin.

Xendochium, interpretatur hospitium, quod hospitibus & peregrinis publicitus sive primari patet, Hierony. in quadam epistola ad Pammachium. Audio te xenodochium, in portu fecisse Romano. In Codice Insti-

Iustiniano, tit. de sacrosan. eccl. s. i. illud. l. sacerdos. l. si quis. Itē de episc. & cler. tū xenodochiū tum xenō appellatur. Neb. xenodochus est qui xenomen alienius ciuitatis procurat.

Xenon est domus in qua ægrotantes recipiuntur, curantur & alimentis sustentātur: vt C. de episc. & cler. per totum.

Xenodochium est domus ad hospitium peregrinātium deputata: vt quidā dicunt. Sed tū xenō & xenodochium eadē domus dici potest, scilicet in qua valetudinatij & senes, id est infirmi recipiuntur alitut. & Prædictā autē differtētiā faciētes zenō p. z. literā, & xenodochiū dicūr esse. Scribēdū p. s. vide c. iij. de relig. do. & varia nota talium locorū habes. xiiij. q. st. vltim. sācim. vbi de hoc & j. quæst. viij. si qs hominē, ad fin. in authētica de nō aliē. aut p. mutā. s. hæc ergo, & de eccles. titul. s. f. & est glos. in clement. per literas de præben.

Xenopatochus is est qui publicè munera hospitibus contribuit, quia xenos hospes interpretatur & parochus tributor. Archadius libr. 50. tit. de muner. & hō. l. munerum. Tabularij, inquit, vel xenopatochus, & vt in quibusdam ciuitatib. N.

Xerolophū, locus erat celebris Bzātij, quæ Constantinopolis postea cognominata est. Priscianus libr. j. de octo partib. orationis, Epigrammata, inquit, q. egomet legi in tripode vetustissimo Apollinis, qui stat in xerolopho Bi-

zantii scriptus. Idē libri. vj. Ostē dūt, inquit epigrāmata vestutissima, & quæ literis vetustissimi scripta in multis tripodib. legi, & maximē in tripode Apollinis, qui est Constantinopoli in loco quæ Xerolophō vocant. Iustinianus libro quarto Institutionū tit. de pub. iudi. Quod nos, inquit, telū appellamus, illi telos appellat, ad monēt, inquit, nos epigrāmata in Xerolopho scripta, apud Iustinianum leg. Theophil. Xenophori.

Xenopatochi, quorū meminit l. vlt. ff. demune. & hō. appellat quipbē dis hospitiis præfūt, auctore Alcia. in l. pupillus ff. de ver. sig.

Xerolophū loc⁹ erat Cōstantinopoli celebris. s. itē lex Cornelia. Ins. de publi. iudi.

Crist⁹ est rex regū, dñs dominatiū vt i. cle. pastoralis de re iudic.

Christe eleisō, vide de cōsec. dist. j. hoc quoq; & dist. 2. can. re vera.

Christianorū nomē primo ortū est apud Antiochiam, vbi Ignatius fuit episcopus. 7. q. 1. mutatioēs Nā prius oēs fideles dicti fuerūt discipuli vel fratres. Sed postquā apostolifecerūt cōsiliū Antiochē nū, tūc dicti sūt christiani, vt est gl. 22. distin. sacrosacta ibi tex.

Xylisci, Athletæ sunt de quibus meminit Iuris. in l. athletas. ff. de his qui not. infam. licet ibide corruptè legantur sexustici. Sunt autem illi qui pugnabant in porticu amplissima. Suetonius nec tamen eo minus xysti- corum concertationes aut gladiatoriū pugnas severissime tempet

semper egit. Gr̄eci enim xystum porticum vocant ampla altitudine, in qua athletæ per hiberna tempora exercentur. Has & paradoximidas Gr̄eci appellat, & nostri ambulationes dicuntur. Vel scđm aliquos xystus habet originē à hystos quod hastam seu telum spiculumve denotat.

### De Y ante A.

**Y** Atus aliquando sumitur p pū-  
cto mortis, seu pro emissione  
spiritus ultimi, de p̄c̄n. dist. 4.c.  
nullus. Aliquando est apertio ter-  
ræ. c. non offeramus, vigesima-  
quatta q. i.

Imo verò hiatus scribendum est.  
Yconomus dicitur ille, cui res ec-  
clesiae gubernanda datur, scili-  
cket episcopalibus, & propriæ res ca-  
nonicorum. Etiam quandoque  
est vicedominus, vel p̄positus.  
I. q. saluator. vide gl in c. Imperia  
totē de iu. cal. vbi cōc. Vnde se-  
cundū Gof. differunt yconomus  
syndicus, procurator, & actor. Nā  
yconomus administrat res ec-  
clesiae, & aliquando defendit in  
cā, & quandoque in ecclesia vacā-  
te fit ad percipiendos prouerbus,  
& seruādos ad futurū platiū. Syn-  
dicus in aut̄ reb., & negotijs cu-  
juslibet corporis, vel collegij. Et  
scđm leges nō differt à defensore,  
& est vniuersitatis. Sed procu-  
rator est priuata personæ ad v-  
nū negotiū vel plura. Actor aut̄  
pro uno, vel pro vniuersitate ad  
vnā causam, & præsentem, &  
cum decreto constituit, in con-  
stitutione yonomi non est ita

omnimodo necessarium decre-  
tū iudicis. Ang. Aret. & Jo. Fab.  
inst. de curat. §. quod si. & idē in  
constitutione syndici dicendū.  
Bar. in l. nulli. ff. quod cuiusque  
vniuer. nom. non nego tamen  
quin tutius sit decretum adhibe-  
ti gl. & Bar. in l. actor. ff. rem ra-  
tā haberit Sp. ti. de synd. versi. itē  
quod est constitutus minus so-  
lenniter.

Imo vero yconomus scribendum  
est per ce diptongum. Ydoneus quis datur, & in quib.  
consistat idoneitas. vide ca. cum  
in cunctis de electi. 14. clubutus

Scribēdū esse idonei, nulli dubiū.  
Ydrophylatri dicuntur ab hydria,  
quod est vas, quo aqua defertur,  
vel ab ydor, id est aqua, & phyla-  
tre in custodire, quasi custodes  
aquaū scđm Io. Ani in c. si iudex  
laicus. de senten. excom. li. vi.

Scribendum est hydrophylaces à  
Gr̄eco nomine hydror, quod est  
aqua, & phylatre in custodire vide C. de aqua duc. l.  
decernimus.

Imo, hæc dictio significat quando  
que correctiue, vt testator dicit,  
Titius, imo Seius heres esto, vt  
l. si ita scriptum. ff. de hered. insti-  
tuend. ibi rex. dicit adiunctes, &  
detrahentes, ymo & mutates. Po-  
nit et copulatiue. C. de nouo C.  
cōponēd. l. vn. §. quib. Et sumit  
significatiū ex copula adiuncta, &  
est idē dicere et. Sed ibi ycono-  
mus q. hoc fecerit, ymo fieri pas-  
sus fuerit priuet, ponit alternati-  
uē. yl iubemus. §. yconomus. C.  
de sacrq. ecc. quia hēt locū, vel ip-  
so

**S**o alienāte, vel alienari patiēte. potest etiam ibi accidi correctiūe, quia eadem, vel maior est ratio in alienante quām in paciente alienati, quod puniatur. Itē quo ad decisionem legis ponitur ibi copulatiūe, quia pœna habet locum, & in alienante, & in paciente alienari.

Cum i. Latino scribendum est, & vt quibusdam placet, cum simplicim, imd.

**Y**pocomus dicitur ab hypo, quod est sub, & comoſ villa. Indeypocomi qui sunt sub villanis, secundum Placen. & Accur. sed secundum peritiores hypocomi (sic enim scribendum est, non ypocomi) dicuntur stabularij qui equos curant.

**Y**pocrisarius quandoque ponitur pro syndico, quandoque pro cōomo, vt no. Spec. in titul. de his qui aliena poss. vel non. § licet.

**Y**pocrisari. i. legi. extra de elec̄tio. c significasti, & i. quæst. vj. conuenientibus.

**Y**postasis dicitur ab ypo, quod est sub, & stasis status, vel stans, quasi substans, & vtuntur Græci sicut nos pro persona, quia habet substare omnib. acciden‐ tibus, & omnia accidētia ad se recipit à nullo rāmen informatur, secundum Hugonem. glossa est clementina prima, de summa trinitate.

**A**spiratur, & hęc, hypostasis, de quo supra suo loco.

**Y**potheca est res, immobilis pignori obligata, vt domus, ager, fun-

dus. Pignus antem est res mobilis, propriè à pugno dictum, quia pugno tradi potest. Et sic hypothecanon est aliud quām obligatio vel pignoratio. Ius autem hypothecariū est illud, quod competit creditori in bonis debitoris sui sibi obligatis pro debito tacite vel expiessē, & dicitur ab ypo, id est sub, & theca positio, quasi suppositione, nā debitor rem pignoratam creditori supponti, & in ipsa sibi ius constituit.

**Y**pothecare est obligare, pignorate, vel supponere, vt patet per rub. ff. de re eo. qui sub tuto. & cur. dum subditur. Sine decreto pignori non supponendis.

Aspirantur, & hęc voces hypotheca, hypotxe care.

**Y**slothomus est terra inter duo maria. l. Lucius ff. de ser. rust. præd.

**Y**striones i. ioculatores, ab ystria. clericus, de vita & honore cleri. de consecra dist. iij. c. scenicis atque ystrionibus, & c. pro dilectione.

Cum i. Latino scribitur hystriones. Xystici, dicuntur athletæ, dicti à xisto, qui, vt ait Vitruvius li. sexto, est porticus ampla latitudine, in qua athletæ per hyberna tempora exercabantur. Suetonius in Augusto, Xysticorum certationes aut gladiorum pugnas sequentissimè semper egit. Idem in Galba. Si quid scenici aut xystici dohatum olim vendidissent. Vlpianus tit. de ijs qui notantur infamia. l. athletas pro eo quod esse debuit xystici, res xystici corrupte legitur

legitur Antonijs

Nebr.

### De Zante A.

Zabarella nōmē est vnius Iuris cōsulti qui facit utilem lecturā super Clemētinas, & tractatum de horis canoniciis, pfunere sao fert orasse Pog ius Florentinus. Sepultus est Conſtatīa apud mīnotes.

Zelotypia est suspicio vel furor ij. quæſt. v. §. hoc autem sub.c. cōſulisti.

Zelores, idem est quod zelans & vlciscens, vt in cap. niſi cum pri dem de renun. §. personæ vero, vbi dicitur, Et sum inquit Deus, zelores, id est requisitor, & exa- cto r castitatis. j. q. iij. §. hæc ultra xxij. qu. i. §. i. id est visitans pec cata patrum in filios vsque ad tertīā & quartam generationem in his qui oderunt me, id est cōtra me paternum odium imitā tur, & sūt verba Domini ad Moy ſen. Exodi. 20. cap.

Zelus quandoque exponitur, id est inuidia, vt 23. q. 4. capitulo qui peccat, & ibi dicitur text. Domi nus flagellatos expulit de tem ple improbos mercatores, vbi est connexum testimonium scri turæ dicentis. Zelus domus tuæ comedit me. ibi gl. exponit zelus, id est amor quem habui ad tem plum comedit me, id est fuit mi hi causa inuidiæ propter quam occiderunt me. Aliquando zelus exponitur, id est feruor dilectio nis extra de reg. capit. 2. lib. vij.

per Ioan. And. in hoc significato magistri nostri dicuntur viri ze losi non zelotypi. Aliqñ sumitur in bona parte Aliquando in ma la pro odio, vt not. per Ber. extra de offic. custo. capit. ij. Aliquando ponitur pro ita. xxiii. quæſt. viii. legi. Aliquando pro leueritate. xxviii. quæſt. viii hi ergo.

Zenotapium quid sit, vide ff. de re rum diui. in tantum. §. fina.

Cenotaphium scribendū est, quod imaginarium sepuchrum signifi cat, à Græca voce canos, id est inanis, & raphos sepulchrum.

Zeugina est figura grammatical is ff. de petitione hereditatis. l. si quis libertatem in glos. per zen giam.

Zeleucus est proprium nomen cuiusdam iudicis, qui ( vt est apud Valerium Maxim. lib. vi. hist. i. 2 ) lata lege de adulteris exoculandis filium in adulterio reperitum exoculare parabat, sed precibus populi vietus, filium uno, se altero priua uit oculo.

Zygotatem Alciatus interpretatur pro eo qui ponderum, & sta teratum rationem per optimè calleat.

Zythum potus est, quem è frugi bus exogirauit Ægyptus.

Zizania est seges vel herba peruer fa, scilicet lolium. lvi. disti. c. na sci. xxiii. q. i. ca. quod militare, & quandoque ponitur pro sor de omnium segetum. glo. bona in cle. dudum. de sepul. & c. li cct. de elect. & ita Saluator dicit ad volentes eradicare zizaniana

11. quæstion. 3. c. nolite. 1. post princip. & 23. quæstio. 1. §. 1. Matthæi. 12.

Zecomenus est proprium nomen viri Græci genere, qui compo-  
suit ix. libros historiarum ecclesiasticarum, & exordiens à consulatu  
Chrispi, & Constantini Cæsarum usque ad tempora Theodo-  
sij iunioris.

Zona, zonæ vocabulum interpreta-  
tur tibi Calderinus in hoc Mar-  
tialis Apophoreto.

Longa latis nunc sumi, dulci si pon-  
dere venter.

Intumeat, si am tunc tibi zona  
breuis.

Et clericus coniugatus deferens  
zonam bicolorem perdit priuilegium clericale. Aufre. in add.  
ad quæst. Ca. Tol. ccxxxij. cum  
appellatione vestis contineatur  
zona, alleg. l. vestis. de auto &  
arg. leg. Bar. in l. diuus ff. de bon.  
dam.

Zona, non tantum pro cingulo ac-  
cipienda est, sed aliquando etiam  
pro marsupio & loculis nummo-  
rum refertis accipitur. Apuleius.  
lib. 7. de asino; Plotina, inquit,  
pretiosissimis moniliis & auro  
monetali zonis refertis incincta.

Sueton. quoque scribit Vitellium  
zonam fe aureorum plenam cir-  
cundedisse. Spartanus etiā Pescen-  
tium nigrum Imperatorem  
iussisse, ne milites in zonis num-  
mos aureos vel argenteos por-  
tarent ad bellum. Lampridius  
quoque Alexandrum Cæsarem  
dicere solitum ait, Miles nō ti-  
met, nisi vestitus, calceatus, & sa-  
tut, & aliquid in zonula habens.  
Et ferè hæc est consuetudo His-  
panorum, ut cingulō bursam es-  
cariam applicent, in qua portent  
nummos. Itaque Saluator noster  
discipulis interminatur, ne por-  
tent zonam. In hoc significatu  
acepit Vlpia. in titul. de bonis  
damnatorum. l. diuus. Neque si  
zonam, inquit, circa se habuerit,  
protinus aliquis sibi vindicare  
debet. Accursius putauit zo-  
nam esse cingulum magni pre-  
tij. Nebris.

Zythum, potus est quem è frugibus  
excogitauit Ægyptus, vnde à  
Columella pelusiacum cognomi-  
natur in horto, cum dicit, Et pe-  
lusiaci prout est procula zythi. VI  
pia. tit. de tritico & vino legato.  
l. si quis zythum, inquit, & cæ-  
tra pro hominum affectione. Ne-